Siquis quinqꝫ. Pro furto valoris quinqꝫ ſolidorum vel vltra quis ſuſpendiť ꝓ furto vero infra dictā ſummā verberatur ⁊ tondetur hoc dicit. In tex. ibi quinqꝫ ſolidos dic. i. quinqꝫ aureos ſm̄ Pe. de cer. quoniam ſolidus legalis idem importat qđ aureus ⁊. lxxij. faciunt vnaꝫ libram auri vt no. glo. in. fi. ff. de inius vocan. Vel intelligas ſimpliciter de quinqꝫ ſolidis vt littera ſonat iuxta vulgare de quinqꝫ ſolidis qui tunc in curia huius imꝑatoris currebant qui quinqꝫ ſolidi valebant de moneta veronenſi ſolidis. xxx. ꝓut refert Iaco. ardizo. in ſumma in eo. titu. de pace tenen. ſub rubricella vbi qs verberatur. Et iſtū intellectū puto veriorē ar. ſ. eo. i. §. ſiquis ruſti. vbi equiꝑat arma que ſunt ꝓhibita portare ſicut ē enſis ad ſolidos. xx. vnde nō ē veriſimile ꝙ ibi intellexerit de aureis qꝛ tūc equiparatio eēt nimis exorbitās. ⁊ aduerte qꝛ habita relatione monete veronēſis ad noſtrā. Iſti ſolidi quinqꝫ de qbus ī iſto tex. eēnt ſolidi. xl. de noſtris. Ibi valēs. Aduerte qꝛ iſta littera dicit đ furto ꝯmiſſo ī re valēte ſolidis quinqꝫ. nō aūt dicit de furto facto in pecunia. ⁊ ideo quidā noluerūt extēdere iſtū tex. niſi ſolū ī furto cōmiſſo in re aliqua ꝓut loquiť. nō aūt pecūia ar. l. interpellatione. ff. de penis. Sꝫ tu intelligas vtroqꝫ modo qꝛ nō ē aliquod dubiū ꝙ ſiqs eſt furatus qnqꝫ ſolidos in pecunia ꝙ videať etiam furari rem valentem qnqꝫ ſolidos. neqꝫ iſto cāu eſt neceſſe facere aliā extimatiōem cuꝫ de ſe pateat vt. ff. đ leg. iii. in. l. ille in. §. i. quoniā appellatiōe pecunie omnes ſignificanť ⁊ per pecuniam extimanť. l. ij. C. de cōſti. pecu. vnde imꝑator non poſuit exemplū de pecunia qꝛ ſemꝑ eius valor eſt certus. Sed poſuit exemplū de re tanq̄ꝫ de eo caſu ſuꝑ quo magis dubitari poſſet ar. in. l. proprie. ff. đ verbo. ſigni. ſm̄ An. đ yſer. Ibi laqueo ſuſpendať. alibi diciť furcis figať in. l. capitaliuꝫ in. §. famoſos. ff. de penis. alibi dicitur lex furca ſuſpendať. l. ſacrilegij ff. ad. l. iul. peculatus ⁊. ff. de penis. in. l. ſiquis aliquid in. §. i. Alibi dicit furca tolluntť. d. l. ſiquis aliqd in. §. i. Alibi dicit furca dānatur vt. ff. de re mili. in. l. iij. in. §. is qui. Et ex ꝓdictis potes colligere caſus in qbus de iure qs furca ſuſpendēdus eſt. Ibi ſcopis. Subaudi excorietur qđ eſt infra qꝛ verberabiť cū ſcopis. ꝓut etiam hodie fit florētie ⁊ per totā alemaniā ⁊ appellať fuſtigatio quaſi caſtigatio que fit fuſtibus vt in. l. fuſtibus. C. de his qui no. infa. ⁊ in. l. ictus fuſtiū cū ibi no. ff. de his qui no. infa. Que fuſtigatio ſeu ſcopatio hꝫ excoriare pellem vt in iſto tex. q ita dꝫ intelligi qcquid dicāt alij. Ibi forpice. Subaudi tondať qđ eſt infra ſingula ſingulis referēdo qꝛ debēt *cum forpice tondi capilli capitis in vilipendium* ipſius ac obprobriū ar. in. l. qcūqꝫ in. §. ſi vero ignorāte. C. đ heret. Iſta tamen talis pena ſeu infamia nō hꝫ ortum a legibus romanis ſed a legibus lombardorū vt in lombarda de dāno ⁊ iniuria in. l. fi. ⁊ de eo qui litteras domini deſpexerit in. l. i. ⁊ de aggreſſu ī vico fac. in. l. relatū. ⁊ ſentit Ia. ardi. in rubricella. vbi qs tondatur. Lombardi enim reputabāt hoc ad maximaꝫ iniuriā qꝛ portabant longas barbas ⁊ crines vt dixi ſupra eo. in. §. ſiqs aliquem. ſicut ⁊ hodie faciūt greci. No. propter modicū exceſſum cōmiſſum ex furto quē acerbe ⁊ grauiter puniri ꝓut in ſimili videmus in. l. aut facta in fi. ff. de penis ⁊ i. l. i. in prin. ff. de abigeis. ⁊ in. l. iij. C. de epi. audi. Et eſt ratio vt propter penaꝫ vnius ceteri terreanť. d. l. capitaliū in. §. famoſos. ff. de penis ⁊. l. i. C. ad. l. iul. repe. Imperator eniꝫ potius cōſiderauit qualitatē ⁊ cauſaꝫ delicti q̄ꝫ quātitateꝫ exceſſus vt quoquo modo conſeruaretur pax per eum promulgata ꝑ hāc legem ⁊ non violaretur argu. in. l. famoſi poſt principiū. ff. ad legē iul. maie. ⁊ quod dixi ſupra in prin. tituli. Nam propter exceſſuꝫ factionis pene ex cauſa extenduntur vſqꝫ ad mortem incluſiue vt dicit glo. notabilis inſtitu. de iniurijs in. §. in ſumma. Et dicit Inno. ꝙ propter emergentes caſus licitum eſt leges tranſgredi ꝓut ipſe no. extra đ conſti. in. c. i. Utrum autem iſta pena tā grauis hodie pro tā modico exceſſu habeat locū ſtatim dicā. Op. ab extra ꝙ imo fures pro tā modico furto nō debeāt ſuſpendi ſed alia pena minori puniri vt ī auť. ſed nouo iure. C. de ſeruis fugi. ⁊. j. de pace iura. fir. i. §. iniuria. So. aduertēdū ꝓ clara notitia ꝙ ſm̄ bar. In hac materia habemus diuerſa iura vario modo diſponētia circa penas furtorū. Nā primo de iure antiquo ffoꝝ pro furto erat pena extraordinaria. l. fi. ff. de furtis. Niſi eēt publicus ⁊ famoſus latro qui furca ſuſpēdebatur dicto. §. famoſos. Poſtea ſuꝑuenit ius autēticorū de quo ī auť. vt nulli iudi. i. §. penul. col. ix. ⁊ in dicta auť. ſed nouo iure que inde ſupraſcripta ē. Poſtea ſuꝑuenit iſta deciſio nouiſſima imperatoris federici de qua ī iſto tex. Poſtea ſuperuenit alia deciſio magis noua eiuſdem imperatoris federici de qua habetur infra de pace iura. fir. in. §. iniuria. Modo ad propoſitum circa ſolutionem contrarij dicūt quidā ꝙ iſte. §. debet intelligi ꝙ iſte fur de quo ī tex. noſtro ꝯmiſerat alia furta ꝓcedētia ita ꝙ cōſueuerat furari ex quo ē effectus publicus ⁊ per ꝯſequēs dꝫ ſuſpendi vt no. glo. in dicta auť. ſed nouo iure. Hec ſolutio licet ī ſe cōtineat veritatem tamē diuinat ad tex. noſtrum. Et pro tanto ſoluūt alij ꝙ iſte tex. loquitur in ſpāli cāu propter violationem pacis. Et iſta eſt vera ſolutio quia nō violat litteram ⁊ cōgruit titulo noſtro. facit. l. fi. de rerum diui. Et ita intellexit glo. in dicto. §. iniuria dicens ꝙ quātumcunqꝫ videatur hec durum ꝙ pro quinqꝫ ſolidis quis debeat ſuſpendi tamen quia lex ita ſcripta eſt debet ſeruari. l. proſpexit. ff. qui ⁊ a quibus. Quod intelligas verum ⁊ procedere ꝓdicta ſtantibus firmis terminis preſentis deciſionis huiꝯ tex. Sed cum iſta deciſio hodie ſit abrogata ⁊ ſublata vt ſtatiꝫ dicam merito ſtabit vera cōcluſio ꝙ pro taꝫ modico furto nō debeat quis ſuſpendi. Nam dicunt quidam ꝙ eſt abrogata ꝑ cōtrariā cōſuetudinem vt firmat gl. ſuꝑ verbo puniatur in fi. in dicto. §. iniuria. hoc idem tenet Bald. in dicta auť. ſed nouo iure vbi dicit ꝙ iſte. §. hodie nō ſeruatur ex generali cōſuetudine. Et ideo de eo nō eſt hodie curandum arg. ff. de dolo in. l. id eſt vſqꝫ hoc idem tenet Iac. de bel. ⁊ Nico. de neap. dicentes ꝙ nō ſeruatur in italia ideꝫ tenet An. de yſer. ſequēdo dictam glo. vt iſta pena ꝑ ꝯtrariam cōſuetudinem nō ſeruatur hodie. Sed ego repio Bar. in dicta auť. ſed nouo iure ⁊ clarius in dicto. §. famoſos qui ſentit ꝙ ꝑ. §. iniuria. Imperator iſte federicus voluerit derogare ipſemet deciſioni huius. §. ⁊ redire ad alias penas legales ātiquas de qbus ī dicta auť. ſed nouo iure quod probatur ex eo ꝙ ibi mandat vt furtum ltime puniatur ⁊c̄. Et hoc puto verum ar. l. nō eſt nouū ⁊. l. ſꝫ poſteriores. ff. đ legibus quoniaꝫ nō eſt veriſimile ꝙ ipſe imꝑator dum dixit ltime puniatur ⁊c̄. voluerit ſe retinere ad penam đ qua in iſto. §. tanq̄ꝫ ad penam ltimā quia iſta eſſet vna ſuꝑfluitas illius legis cum ipſe idē iam nō *multo tempore* āte cōdidiſſet iſtam legē quoniam dictus. §. iniuria nihil ſuꝑ hoc oparetur. ⁊ ſic lex ipſa eſſꝫ ſuꝑflua qđ nō eſt credendum vt in. §. quibus. C. đ nouo codi. cōpo. Similiter nō eſt veriſimile ꝙ ſe voluerit remittere ad ius lombardorū. ſed ad ius cōmune. ſ. leguꝫ romanorū. Quod patꝫ qꝛ dictā. l. mandat omnibus ſubiectis impio. Nō aūt mādat omnibus ſubiectis regno vt patꝫ in prin. illius legis. ⁊ ideo cū forte plures q̄ rebelles fuiſſent exorte đ inhumanitate ac crudeli deciſione huius tex. vꝫ ꝙ pro quinqꝫ ſolidis quis debeat ſuſpēdi mutauit hanc deciſionē ⁊ voluit ꝙ fures etiam *infra pacē* punireť ltimis penis. vꝫ ſe*cūdum formā ſolitam iuris* cōis. ⁊ qđ hoc ſit verū vt voluerit corrigere iſtū tex. pꝫ qꝛ cōſuetudo q̄ ē optima *legū interpres*. l. đ qbus ff. đ legibus hoc nobis oſtēdit vt ibi dixit glo. Preterea pēa iſtiꝯ tex. non debet iudicari ltima ex eo quia ſcđm iſtum tex. in tantum puniretur furtum quinqꝫ ſolidorum inquantum puniretur publicꝯ latro vt iam ſupra proxime determinauit in. §. publici latrones inter quos tamē debet eſſe maxima differentia vt in dicto. §. famoſos probatur. Ex qbus omnibus cōcludo ꝙ hodie abſqꝫ dubio nō habeat locum determinatio huius. §. etiaꝫ infra tempus pacis ſiue vellimus intelligere ꝙ ſit correctus vt ſenſit Barto. quicquid dicat glo. in dicto. §. iniuria ſiue velimus intelligere ꝙ ſit ꝑ cōtrariam cōſue. abrogatus vt tenuit glo. in dicto. §. iniuria ⁊ cōiter doc. quos ſupra allegaui. Qualiter aūt fures ⁊ latrones cuiuſcunqꝫ generis hodie puniantur de iure cōmuni dic plene ꝑ glo. ⁊ docto. in dicta auť. ſed nouo iure ⁊ in dicto. §. famoſos vbi glo. plene tangitꝯ ⁊ in. l. ij. ff. arbo. fur. ceſarum ⁊ ꝑ glo. ⁊ cano. xxiij. q. iij. quiſquis fortitudinem. In foro aūt penitentiali vtrum fur debeat in aliquo alio puniri quā ad rei reſtitutionem dic ꝙ nō vt no. xij. q. ij. fraternitas ⁊. vi. q. i. inuitare. Et ita etiam determinat Bal. in. l. poſt deciſionem. C. de furtis. ſed de illo qui ꝓſtitit opem *furto* an ⁊ qualiter puniatur vide ꝑ Barto. in. l. his qui opem ⁊ in. l. qui ſeruo i. §. ſi duo. ff. de furtis. Quero ab extra duo *fecerunt* pacem ad inuicem vnus facit furtum alteri vel dat enorme damnū. nūquid ex hoc videatur frangere pacem ⁊ dicit Bal. ꝙ ſic ꝑ iſtum tex. ⁊ ꝑ ea que in hac cōſtitutione dicta ſunt referēdo eam ad rubricam noſtram tanq̄ꝫ cōgruentia ad titu. proprium qđ facere debemus vt in. l. imꝑator. ff. de in diē adiec. Secus aūt ſi ex diſcordia orta đ nouo que a principio nō fuit cogitata cōmitteretur iniuria ꝑ ea que dixi ſupra eo. in prin. Ultimo ad materiā ꝓſentem vide plenā gl. in dicto. §. iniuria ⁊ qđ ibi dicam ⁊ qđ dixi ſupra eo. in. §. publici latrones ⁊ in remiſſionibus quas ibi dedi ⁊ in locis. ſ. allegatis ma